

PONTIFICIUM ATHENAEUM SALESIANUM  
SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII

---

# KALENDARIUM LECTIONUM

Anno 1968-69

---

00139 ROMA  
Piazza dell'Ateneo Salesiano, 4  
Tel. 88.46.41



# **PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI**

## **AUCTORITATES ET OFFICIALES**

### **A U C T O R I T A T E S**

#### **MAGNUS CANCELLARIUS:**

Rev.mus Sac. ALOISIUS RICCERI  
Societatis Salesianae Rector Maior

#### **RECTOR MAGNIFICUS:**

Sac. ALOISIUS CALONGHI

#### **VICE-RECTOR ET DECANUS FACULTATIS IURIS CANONICI:**

Sac. GUSTAVUS LECLERC

#### **DECANUS FACULTATIS THEOLOGICAE:**

Sac. IOSEPHUS GAMBA

#### **DECANUS FACULTATIS PHILOSOPHICAE:**

Sac. PROSPER STELLA

#### **PRAESES INSTITUTI SUPERIORIS PEADAGOGIAE:**

Sac. LADISLAUS CSONKA

### **O F F I C I A L E S**

#### **SECRETARIUS GENERALIS:**


Sac. ALOISIUS PONZO

#### **PRAEFECTUS BIBLIOTHECARUM:**

Sac. SILVESTER TALIGA

#### **OECONOMUS:**

Sac. TERENTIUS SANNA



# **PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI**

## **CONSLIUM ACADEMICUM**

Sac. ALOSIUS CALONGHI, RECTOR MAGNIFICUS

### **C O N S I L I A R I I**

- Sac. GUSTAVUS LECLERC, VICE-RECTOR ET DECANUS  
FACULTATIS IURIS CANONICI
- Sac. IOSEPHUS GAMBA, DECANUS FACULTATIS  
THEOLOGICAE
- Sac. PROSPER STELLA, DECANUS FACULTATIS PHI-  
LOSOPHICAE
- Sac. LADISLAUS CSONKA, PRAESES INSTITUTI SU-  
PERIORIS PAEDAGOGIAE
- Sac. PETRUS STELLA, E FACULTATE THEOLOGICA
- Sac. DEMETRIUS LICCIARDO, E FACULTATE THEO-  
LOGICA
- Sac. EUGENIUS VALENTINI, E SECTIONE TAURINIENSI
- Sac. AEMILIUS FOGLIASSO, E FACULTATE IURIS CA-  
NONICI
- Sac. IOSEPHUS ZELIAUSKAS, E FACULTATE IURIS  
CANONICI
- Sac. IULIUS GIRARDI, E FACULTATE PHILOSOPHICA
- Sac. FRANCISCUS GOYENECHEA, E FACULTATE PHI-  
LOSOPHICA
- Sac. EMMANUEL GUTIERREZ, EX INSTIT. SUPER.  
PAEDAGOGIAE
- Sac. BRUNO BELLERATE, EX INSTIT. SUPER. PAEDA-  
GOGIAE

### **S E C R E T A R I U S**

- Sac. ALOSIUS PONZO

ADITUS PATET:

Ad Rectorem Magnificum:

Feria II, IV, VI	h. 9,30-13
------------------	------------

Ad Officium Secretariae Generalis:

Per annum academicum	h. 8,30-12,30.
Mense Augusto	clausum manet.
Mense Septembri	h. 9,00-12,00.

Ad Bibliothecam:

Per annum academicum	h. 8,30-13,00.
	» 15,30-19,00.
NB. Feria V post meridiem:	clausa manet.
Vacationum tempore:	h. 8,30-12,30.
A die 15 Iul. ad 31 Aug.	clausa manet.

P R A E N O T A N D A



# **EXCERPTA**

## **E STATUTIS ET NORMIS**

---

### **I. - PONTIFICII ATHENAEI SALESIANI ORIGO ATQUE FINIS**

1º Promulgata Constitutione *Deus Scientiarum Dominus*, Summi Pontificis Pii XI f. r., mens fuit altiorum studiorum non modo rationem docere, sed et omnes locorum Ordinarios omnesque Religiosarum Familiarum studium impensius fovendum incitare.

2º Qua de re, Salesianae Societatis Sodales Summi Pontificis vota filiali devotione accipientes, meliore qua licuit ratione, iam a S. JAONNIS Bosco Successoribus ad Philosophicas atque Theologicas disciplinas excolendas ubique constitutas domos rectius componere aptosque scientificis subsidiis instruere, non sine magno labore, decreverunt.

3º Interea, Rev.mus Sac. Petrus Ricaldone Societatis Salesianae Rector Maior, ipso Summo Pontifice Pio XI adprobante, Augustae Taurinorum, apud Institutum Internationale « Don Bosco », ut aiunt, in quod iamdiu Salesiani alumni undique conveniebant, *Athenaeum Ecclesiasticum* eo fine erexit ut designati Alumni ad ecclesiasticas disciplinas in Philosophicas atque Theologicis

scholis tradendas aptius instruerentur. Cumque omnia praescriptionibus Constitutionis Apostolicae rite fuerint accomodata, eiusdem Constitutionis Studiorum Ratio ad effectum mandari copta est, primum pro Theologicis, deinde pro Philosophicis, demum pro Juris Canonici disciplinis.

4º Peracto vero feliciter per aliquot annos experimento, Rev.mus Sac. Petrus Ricaldone, ipso quoque feliciter regnante Summo Pontifice Pio XII confirmante, initio anni 1940 Sacrae Congregationi de Seminariis et de Studiorum Universitatibus supplicem libellum exhibuit pro erectione canonica Pontificii Athenaei Salesiani cum tribus Facultatibus, nempe Theologica, Juridica et Philosophica. Cui petitioni eadem Sacra Congregatio per Chirographum n. 265/40 diei 3 maii 1940 benigne annuit, die vero 12 iunii eiusdem anni Athenaei Statuta adprobavit.

5º Tertio antem lustro a praedicto Pontificio Athenaeo condito, simulque ab experimento instauracionis *Instituti Paedagogiae* ad instar speciei Facultatis, hoc est ad normam eiusdem Constitutionis Apostolicae «Deus scientiarum Dominus» expleto, eadem S. Congregatio, eodem Summo Pontifice Pio XII f.r., illud quoque in *Institutum Superius Paedagogiae*, Facultati Philosophiae praedicti Athenaei Salesiani adnexum, decreto diei 2 iulii 1956, canonice erexit cum propria facultate gradus academicos *licentiae et doctoratus* in *Philosophia-Paedagogia* conferendi, et, iuxta Decretum diei 3 martii 1959, Romae, alumnis quoque non Salesianis.

6º Litteris, deinde, commendaticiis S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus diei 24 maii 1963, apud Institutum Superius Paedagogiae ortum habuit Cursus peculiaris uno anno absolvendus, quo praeparentur qui praesertim in Seminariis munere educatoris fungantur. Cui cursus nomen est: «Corso annuale per gli educatori degli ecclesiastici».

7º Litteris, denique, Apostolicis, die 22 mensis februarii anni 1964, motu proprio datis, ad Pontificium Athenaeum Salesianum, a Paulo VI f.r. fundatum atque conditum est Pontificium Institutum Altioris Latinatatis, cuius rationes, kalendarium, horaria in proprio libello eduntur.

## II. - DE INSCRIPTIONE

### 1. Documenta ad inscriptionem requisita haec recensentur:

1º LITTERAE TESTIMONIALES de candidati moribus conceduntur ab Ordinario loci, cum de clero saeculare agitur, a Superiore maiore pro religiosis clericis et laicis, a competenti Auctoritate Ecclesiastica pro laicis (Const. Ap. art. 24; Statuta, art. 45, n. 1).

2º TESTIMONIA AUTHENTICA DE STUDIIS praeviis rite peractis, quae referre debent: in quo Instituto, quot et quibus annis, quibus disciplinis et quibus examinum suffragiis studia peracta sunt (cf. art. 45, n. 2).

In specie:

*a) PRO OMNIBUS*: testimonium de studiis superioribus, in sua cuiusque natione ad Athenaea admittentibus, rite peractis.

*b) PRO CANDIDATIS THEOLOGIAE*: insuper testimonium de studiis philosophicis et in specie de studio unius saltem anni merae philosophiae ad mentem Ord. art. 16 peracto, si studia philosophica aliter ac in biennio merae philosophiae scholasticae ansolverint (Stat. art. 42, n. 1).

*c) PRO CANDIDATIS IURIS CANONICI*: testimonium insuper de quadriennio theologico rite peracto (Stat. art. 45, 2).

*d) PRO CANDIDATIS INSTITUTI SUPERIORIS PAEDAGOGIAE*: testimonia de studiis philosophicis et theologicis rite peractis; pro iis candidatis religiosis vel laicis, qui curriculum philosophicum et theologicum non perfec-rint, requiritur congruus cursus propaedeuticus unius saltem anni ab ipso Instituto statutus, qui complecti debet, tractatus philosophicos de Metaphysica, Psychologia, Ethica generali, Theodicea; theologicos vero de Revelatione et de Gratia; quod si haec studia alibi peracta fuerint, ab hoc cursu eximi possunt, dummodo testimonia authentica exhibeantur communiter ab Athenaeis agnita (Stat. ISP, art. VI, 1-2).

*3º TESTIMONIUM COMMORATIONIS* Romae pro sacerdotibus saecularibus a Rectore Collegii ecclesiastici approbati, in quo candidatus habitat, aut Rescriptum

annuum Extracollegialitatis a Ven. Vicariatu Urbis traditum, ab iis extra collegia degentibus (S. Congr. de Semin. et Studiorum Univ. decr. 15 julii 1964, prot. n. 596/52/20

## **2. Ingressus**

1º Annus scholasticus die a Magno Cancellario definito incipi. Omnes igitur Alumni eo saltem die Athenaeum ingredi debent (Stat. art. 49).

2º Si quis legitime et mature inscriptus, post constitutum tempus Athenaeum petierit, ad Facultates frequentandas admitti nequit, nisi gravi de causa, a suo Superiore maiore vel Ordinario loci scripto comprobata. Nemo tamen unquam admittitur qui post mensem ab initis praelectionibus pervenerit (Stat. art. 50).

## **3. Examen admissionis**

1º Si de alicuius candidati habilitate ad studia aliquod dubium supersit, respectivae Facultatis Decanus, initio anni academici, de sui Consilii consensu, eum examini sublicere poterit (Stat. art. 47).

### **2º IN THEOLOGIA:**

a) ad examen admissionis de universa philosophia tenentur omnes, qui per unum tantum annum philosophiae merae operam dederint (Ordinat. art. 16, § 3).

b) item candidati qui quadriennium theologicum rite absolverint in Scholis iure gradus academicos conferendi parentibus, ad examen de universa theologiae tenentur coram tribus saltem Professoribus a Decano designatis; examine feliciter superato candidati eo ipso titulo Baccalaurei decorantur, et ad quintum annum academicum admittuntur cum iure Licentiam post annum adipiscendi, servatis iis, quae Statutis praescribuntur ad Licentiam consequendam (Stat. art. 76).

3º IN IURE CANONICO: qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam peregerit ad examen super Institutiones iuris canonici coram tribus saltem Professoribus a Decano designatis tenetur (Stat. art. 77 § 1, n. 2).

4º IN PHILOSOPHIA: qui biennium philosophicum vel quadriennium theologicum in Schola superiore ab auctoritate ecclesiastica approbata sed extra Facultates peregerit, examen subire debet; quo feliciter superato candidatus in tertium annum admittitur et eo ipso Baccalaurei titulo decoratur (Stat. art. 79). Examine non superato, in secundum annum admittitur.

5º IN PAEDAGOGIA: qui a curso propaedeutico vel ab aliis disciplinis iam peractis eximi vult, adaequata examina huiusmodi disciplinarum superare debet (Stat. ISP, art. VI, 2; IX, 3).

#### **4. Studia alibi peracta**

Qui studia theologica, iuris canonici, philosophica vel paedagogica in alia Facultate vel Universitate Studiorum, Gradus academicos conferendi a Sede Apostolica iure pollenti, inchoaverit ea in nostro Athenaeo prosequi et explere poterit, hisce conditionibus servatis:

1º Gradus, quos in ea Facultate vel Universitate Studiorum fuerit, legitime consecutus, eadem vi pollent ac si in nostro Athenaeo collati fuerint.

2º Annos academicos in illis absolutos nemo iterare cogitur, disciplinae et cursus frequentati atque examina feliciter superata valida habebuntur. Attamen, ut gradus in nostro Athenaeo assequi valeat, auditor omnes disciplinas omnesque cursus et exercitationes frequentare debet et examina superare, quae ad eundem Gradum assequendum nostris Statutis praescribuntur (Stat. art. 75).

#### **5. Tessera inscriptionis et Libellus academicus**

Inscriptione in Athenaeum rite peracta alumnus recipit Tesseram et Libellum inscriptionis.

In huiusmodi Libello omnia ad studia specantia adnotanda sunt, scilicet praelectiones quibus auditores intersunt, et suffragia in singulis examinibus obtenda. (Stat. art. 46 § II).

### **III. - DE PRAELECTIONIBUS**

1º Auditores scholas omnes disciplinarum praescriptorum, cursuum liberorum et exercitationum, quos elegerint, frequentare debeut (Stat. art. 52, § I; 69; Ordinat. art. 29).

2º Si quis auditor, qualibet de causa, ab iis ita afuerit ut absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris academicici adaequent, annus ille aut semestre numero praescripto non comprehendetur (Ordinat. art. 29), et ideo ius amittit eo anno vel semestri subeundi examina (Stat. art. 52, § II).

3º Auditores extraordinarii, qui paelectionibus adesse optant, habitam a Rectore Magnifico scriptam licentiam Decano respectivae Facultatis tradere debent (Stat. art. 51).

### **IV. - DE EXAMINIBUS**

#### **1. Tempus et modus**

1º Examina de singulis disciplinis vel disciplinarum partibus et de cursibus peculiaribus subeunda sunt eo ipso anno academico, cui in cuiusque anni Kalendario eadem disciplinae vel disciplinarum partes aut cursus assignantur (Stat. art. 95).

2º Tres habentur sessiones examinum: aestiva, hiemalis, autumnalis.

3º Examina sunt oralia tantum, aut partim scripta partim oralia, aut scripta tantum. Unaquaeque Facultas statuit quaenam examina uno aliove modo fieri debeant.

4º Auditores tum ordinarii tum extraordinarii ad examina non admittuntur nisi debito tempore, in Kalendario indicato, petitionem inscriptionis ad Secretariam Generalem tradiderint.

## **2. Repetitio examinum**

1º Alumni, qui probationem ad Gradus academicos requisitam non sunt assecuti, examina semel tantum iterare valent in sequenti sessione (Stat. art. 102, § III).

2º Qui in priore et altero examine unius alteriusve disciplinae auxiliaris vel specialis aut cursus peculiaris probatus non est, et saltem 15 suffragia receperit, a Collegio Professorum, accedente Rectoris Magnifici approbatione, admitti potest ad Gradus academicos consequendos, ratione habita suffragiorum in ceteris disciplinis receptorum (Stat. art. 102, § 5).

## **3. Interrogatio in examine**

Examina oralia pro singulis disciplinis vel cursibus per id tempus protrahenda sunt (numquam tamen minus horae sextante), quod a Rectore Magnifico, auditio Consilio Facultatis, constitutum est (Stat. art. 101, § I).

#### **4. Scala suffragiorum**

1º In Athenaeo singuli examinatores triginta suffragiis utuntur (Stat. art. 102, § II).

2º Probatio ad Gradus academicos assequendos requisita 18 saltem suffragiis pro singulis examinibus constare debet. Qui pauciora his suffragia receperit, non probatus dicitur.

3º Igitur: qui 18-20, probatus; qui 21-23, bene probatus; qui 24-26, cum laude probatus; qui 27-29, magna cum laude probatus; qui 30, summa cum laude probatus dicitur (tat. art. 102, § IV).

### **V. - DE GRADIBUS ACADEMICIS**

#### **1. Baccalaureatus**

1º Ante examen orale disciplinarum illius anni academici in quo Baccalaureatus consequendus est, fit ab omnibus candidatis experimentum scriptum, hac servata ratione:

a) die a Decano constituta omnibus candidatis in conclavi simul consistentibus duo triave themata ex disciplinis praecipuis desumpta traduntur, quorum unum ad libitum scripto evolvendum est;

b) themata designantur a Decano cum suo Consilio, approbante Rectore Magnifico;

- c) tempus utile ad thema evolvendum quattuor horarum est;
- d) candidatis usus fontium solummodo permittitur;
- e) candidatis invigilant Professores a Decano designati;
- f) thema evolvendum est adhibitis foliis Athenei sigillo signatis (Stat. art. 110).

2º Requiritur insuper:

- a) ut candidatus praelectiones omnium disciplinarum et cursuum frequentaverit, quae statutis annis academicis pro singulis Facultatibus praescribuntur;
- b) ut omnium disciplinarum et cursuum praecripta examina subierit et feliciter superaverit (Stat. art. 109).

## 2. **Licentia**

1º Primo requiritur idem ac pro Baccalaureatu, congrua congruis referendo.

2º Insuper et exercitationes praecriptae, praesertim una, scripta, qua alumnus aptitudinem ad laborem scientificum demonstraverit; ipsae diiudicandae sunt a Professore, qui iisdem praefuit atque moderatus est (Ordinat. art. 37; Stat. art. 97).

3º Examen scriptum subiicitur iudicio Professoris illius disciplinae ad quam thema pertinet et alterius Professoris a Decano designati.

4º Qui 18 saltem suffragia consecutus non fuerit, ad examen orale non admittetur.

5º Examen orale fit coram Commissione, e quatuor saltem Professoribus a Decano propositis et a Rectore Magnifico nominatis constante.

6º Examen orale unius horae spatium perdurat; eidem examini adesse possunt Professores omnes, omnesque Facultatis Alumni.

7º In examine ad Licentiam assequendam candidatus tale sueae doctrinae specimen proferre debet, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis, quae Gradus academicos non conferunt (Stat. art. 115, 117, 118).

### **3. Laurea**

1º Imprimis requiruntur omnia quae iam de Baccalaureatu et Licentia dicta sunt, congrua congruis referendo.

2º Insuper requiruntur: dissertatio scripta, examen orale ad Lauream, dissertationis defensio, et, ad Diploma obtainendum, eius publicatio saltem ex parte.

a) DISSERTATIO SCRIPTA: exaranda est tanta amplitudine, tam scientifica methodo tamque perspicua dicendi ratione, ut clare pateat candidatum investigationibus scientificis et scientiae promovendae aptum esse (Stat. art. 129).

\* Dissertationis argumentum deligendum est a candidato de consensu Professoris disciplinae, ad quam pertinet dissertatio ipsa, probantibus Consilio Facultatis et Rector Magnificus. Tradito Decano Facultatis argumento, ipsum substantialiter immutare illicitum est, nisi ex iusta causa a Rectore probanda (Stat. art. 130).

\* Candidatus quinque dissertationis exemplaria tradat Secretario Athenaei duobus saltem mensibus ante diem pro publica defensione constitutum (Stat. art. 132).

\* Examen dissertationis fit a professore disciplinae e qua dissertatio selecta est et duobus aliis Facultatis Professoribus a Rectore Magnifico de consilio Decani designatis (Stat. art. 133).

b) EXAMEN ORALE AD LAUREAM: fit vel per *unius thesis expositionem*, vel per *praelectionem* de aliquo determinato arguento (Stat. art. 124, § 1).

\* Si examen fit per alicuius *thesis expositionem*, candidatus die a Decano Facultatis constituta octo theses ex aliqua disciplina praecipua a se ad libitum delectas eidem tradit.

Ex eisdem thesibus ipso experimenti die et sexaginta momentis antequam experimentum initium habeat, Decanus de licentia Rectoris Magnifici unam candidato exponendam atque demonstrandam tradit (Stat. art. 125).

\* Quod si experimentum fit per *practicam praelectionem*, eiusdem argumentum ex disciplina a candidato designata Decanus, auditio eiusdem discipli-

nae Professore, Rectori Magnifico proponit, et, habita eiusdem licentia, Candidato octiduo ante significat. Praelectionis finis est, ut candidati ad docendum in aliqua Facultate aptitudo pateat (Stat. art. 126).

\* *Disputatio vel pralectio* unius horae spatum perdurat; postremis quindecim momentis examinatores candidatum super difficultatibus et dubiis interrogare possunt; utraque fit coram Professore disciplinae, e qua thesis vel praelectionis argumentum delectum est, et tribus aliis Professoribus a Rectore Magnifico, de consilio Decani, designatis. Commissioni praeest, regulariter, Professor disciplinae de qua in experimento agitur; experimento adesse possunt ceteri Professores et alumni omnes; candidatus ad experimentum iterandum semel tantum admitti potest (Stat. art. 127-128).

c) DISSERTATIONIS DEFENSIO: fit per unam horam coram Commissione constante quinque eiusdem Facultatis Professoribus a Rectore Magnifico de consilio Decani designatis, inter quos ipsius dissertationis censores.

\* Candidatus compendiosam dissertationis expositionem praecipuasque conclusiones exhibet temporis spatio non ultra 20 momentorum; deinde respondet ad dubia et difficultates, quae censores, ceteri designati Professores, aliique, si tempus suppetit, obiiciunt (Stat. art. 135, § I-VI).

d) DISSERTATIONIS PUBLICATIO integra vel ex parte saltem:

Candidatus, textum dissertationis, sive integrum sive eius partem, ratione habita immutationum vel correctionum quas censores fortasse proposuerint, Secretario Athenaei tradet, ut approbationem censorum aliasque indicationes quae ad legitimam publicationem dissertationis spectant, obtineat (approbationem ecclesiasticam, numerum theseos, textum tegumenti et primae paginae) (Stat. art. 137, § 1).

\* Dissertationis typis editae tradenda sunt Rectori Magnifico quinquaginta saltem exemplaria (Stat. art. 137, § III).

## DE AUDITORUM TRIBUTIS

Iuxta ordinationem S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus d. d. 14 iunii 1966 (prot. 146/154/12), haec statuuntur *tributa ab auditoribus solvenda*.

### 1º Tributa pro annuali inscriptione:

- |    |   |             |
|----|---|-------------|
| a) | Pro prima inscriptione .....                              | Lib. 15.000 |
| b) | Pro omni sequenti inscriptione (in eadem Facultate) ..... | » 11.000    |
| c) | Pro inscriptione « hospitum » ad unumquemque cursum ..... | » 3.000     |

### 2º Tributum pro expensis secretariae:

Quotannis .....	»	4.000
-----------------	---	-------

**3º Tributa pro examinibus:**

a) Pro examinibus annualibus .....	Lib.	8.000
b) Pro examine ad Baccalaureatum .....	»	11.000
c) Pro examine ad Licentiam .....	»	23.000
d) Pro examine ad Lauream .....	»	33.000
e) Pro examinibus reparandis: ad Baccalaureatum .....	»	5.500
ad Licentiam .....	»	11.500
pro nova praesentatione Dissertationis ad Lauream reictae et emendatae .....	»	16.500
pro reparandis examinibus Doctoratus (i. e. Lectione coram Professoribus vel Defensione) .....	»	16.500
ad reparandum examen de materiis principalibus (iuxta Kalendarium) .....	»	3.000
ad reparandum examen de materiis non principalibus .....	»	1.500

**4º Tributa pro Diplomatibus:**

a) Baccalaureatus .....	Lib.	4.000
b) Licentiae .....	»	5.000
c) Laureae .....	»	6.500
d) Specializationis cuiusvis .....	»	4.000

**5º Tributum pro usu Laboratorii:**

Quotannis .....	»	3.000
-----------------	---	-------

**6º Tributa pro testimoniis:**

a) Testimonium de curriculo vel de gradu .....	Lib.	1.000
b) Testimonium quodvis aliud .....	»	500
c) <i>Tessera inscriptionis</i> .....	»	500
d) Convalidatio annua eiusdem Tes- serae .....	»	100
e) <i>Tessera ad frequentandam Biblio- thecam</i> (quotannis) .....	»	1.500



PRAELECTIONUM CONSPECTUS  
SECUNDUM FACULTATES  
ET INSTITUTA ORDINATUS



PONTIFICIUM ATHENAEUM SALESIANUM  
**FACULTAS THEOLOGICA**

C O N S I L I U M

DECANUS: Sac. JOSEPHUS JOHANNES GAMBA  
CONSILIARI: Sac. NAZARENUS CAMILLERI  
              Sac. ARMANDUS CUVA  
              Sac. PETRUS STELLA  
              Sac. EUGENIUS VALENTINI  
              Sac. DEMETRIUS LICCIARDO  
              Sac. NICOLAUS LOSS  
              Sac. VICTORIUS GORLERO  
              Sac. JOSEPHUS RAMOS-REGIDOR  
SECRETARIUS: Sac. ACHILLES TRIACCA

COLLEGIUM PROFESSORUM

AMERIO Sac. FRANCISCUS: Professor Historiae Ecclesiasticae.  
BARUCQ Sac. ANDREAS: Professor Sacrae Scripturae.  
BELTRAMO Sac. BLASIUS: Professor Sacrae Scripturae et Linguae Hebraicae.  
BERCIANO Sac. MODESTUS: Professor Theologiae Dogmaticae.  
BERTETTO Sac. DOMINICUS: Professor Theologiae Dogmaticae.

- BERTONE Sac. TARCISIUS: Professor Theologiae Moralis.
- BLATNICKY Diac. RODULFUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- BONGIOANNI Sac. MARCUS: Professor Theologiae Pastoralis.
- BONGIOVANNI Sac. PETRUS: Professor Theologiae Moralis.
- BOSIO Sac. GUIDO: Professor Patrologiae et Latinitatis.
- BROCARDO Sac. PETRUS: Professor Theologiae Asceticae.
- CAMILLERI Sac. NAZARENUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- CASTELLINO Sac. GEORGIUS: Professor Sacrae Scripturae.
- CAVIGLIA Sac. JOHANNES: Professor Theologiae Fundamentalis.
- CHISTÈ Sac. SERGIUS: Professor Historiae Ecclesiasticae et Patrologiae.
- CUVA Sac. ARMANDUS: Professor Liturgiae.
- DEMARIA Sac. THOMAS: Professor Theologiae Dogmaticae et Missiologie.
- FARINA Sac. RAPHAËL: Professor Historiae Ecclesiasticae.
- FAVALE Sac. AUGUSTINUS: Professor Historiae Ecclesiasticae.
- FEDERICI Sac. IULIANUS: Professor Liturgiae.
- FERASIN Sac. AEGIDIUS: Professor Theologiae Moralis.
- FOGLIASSO Sac. AEMILIUS: Professor Iuris Canonici et Iuris Publici Ecclesiastici.
- GAMBA Sac. JOSEPHUS JOHANNES: Professor Sacrae Scripturae et Linguae Graeco-Biblicae.

- GORLERO Sac. VICTORIUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- Gozzelino Sac. GEORGIUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- GRUSSU Sac. MARIUS: Professor Theologiae Moralis.
- JAVIERRE Sac. ANTONIUS M.: Professor Theologiae Fundamentalis.
- KOTHGASSER Sac. ALOSIUS: Professor Historiae Dogmatum et Theologiae Dogmaticae.
- KRUSE Sac. CAROLUS: Professor Sacrae Scripturae et Linguae Graeco-Biblicae.
- LECLERC Sac. GUSTAVUS: Professor Theologiae Dogmaticae et Iuris Canonici.
- LICCIARDO Sac. DEMETRIUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- LOSS Sac. NICOLAUS: Professor Sacrae Scripturae et Linguae Hebraicae.
- MAGGIO Sac. STEPHANUS: Professor Archaeologiae Christianae.
- MARCHISIO Sac. IOSEPHUS: Professor Theologiae Pastoralis.
- MARCUZZI Sac. PETRUS GEORGIUS: Professor Iuris Canonici.
- MIDALI Sac. MARIUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- OLIVERO Sac. HUMBERTUS: Professor Iuris Canonici et Iuris Publici Ecclesiastici.
- PIANAZZI Sac. JOHANNES: Professor Theologiae Moralis.

- PREROVSKY Sac. ULDERICUS: Professor Historiae Ecclesiasticae.
- QUARELLO Sac. ERALDUS: Professor Theologiae Moralis.
- RAMOS-REGIDOR Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Dogmaticae.
- RECCHIA Sac. VINCENTIUS: Professor Litterarum Christianarum.
- RIGGI Sac. CALOGERUS: Professor Patrologiae et Latinitatis.
- RIPA Sac. PAULUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- RUFFINO Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- SAVARÈ Sac. TARCISIUS: Professor Theologiae Pastoralis.
- SÖLL Sac. GEORGIUS: Professor Historiae Dogmatum.
- STEFANI Sac. DUSAN: Professor Concentus Gregoriani et Musicae Sacrae.
- STELLA Sac. PETRUS: Professor Theologiae Moralis.
- TRIACCA Sac. ACHILLES: Professor Liturgiae et Theologiae Dogmaticae.
- USSEGGLIO Sac. JOSEPHUS: Professor Theologiae Moralis.
- VALENTINI Sac. EUGENIUS: Professor Theologiae Fundamentalis.
- ZAMPETTI Sac. JOHANNES: Professor Iuris Canonici.

## **ORDO PRAELECTIONUM**

### **I**

PRO AUDITORIBUS I, II, III ET IV CURSUS

#### **A) DISCIPLINAE PRAECIPUAE**

##### **I. - Sacra Scriptura \***

A) IN PRIMO CURSU: Introductio generalis in Sacras Scripturas - Historia textus et versionum librorum Novi Testamenti - Principia de hermeneutica biblica - Introductio specialis in Evangelia - Lectio quattuor Evangeliorum.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

Prof. Sac. CAROLUS KRUSE

B) IN II, III, IV CURSU: Historia textus et versionum librorum Veteris Testamenti - Introductio et Exegesis in Libros Historicos Veteris Testamenti.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. GEORGIUS CASTELLINO

Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

Prof. Sac. BLASIUS BELTRAMO

---

\* In hac disciplina ad adspectus methodologicum et pastoralem illustrandos et ad studium linguarum bibliarum perficiendum datur insuper paelectio bis in mense per annum.

## **II. - Liturgia**

A) IN I CURSU: Introductio in Sacram Liturgiam seu Liturgia Fundamentalis.

Horae duae hebdomadariae, altero semestri in sede Romana; priore semestri in sectione Taurinensi.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

Prof. Sac. ACHILLES TRIACCA

Prof. Sac. IULIANUS FEDERICI

B) IN II CURSU: De sacrificio Missae.

Horae duae hebdomadariae, altero semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

Prof. Sac. IULIANUS FEDERICI

C) IN III CURSU: De Anno Liturgico et Officio Divino.

Horae duae hebdomadariae, priore semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

D) IN IV CURSU: De sacramentis et sacramentalibus.

Horae duae hebdomadariae, priore semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

Prof. Sac. ACHILLES TRIACCA

## **III. - Patrologia**

A) Aetas praenicaena.

Horae tres hebdomadariae, altero semestri in sectione Taurinensi (Cursus I); hoc anno silet in sede Romana.

Prof. Sac. GUIDO BOSIO

Prof. Sac. SERGIUS CHISTÈ

b) Aetas postnicaena.

Horae tres hebdomadariae, priore semestri (I et II cursus in sede Romana; Cursus II in sectione Taurinensi).

Prof. Sac. GUIDO BOSIO

Prof. Sac. CALOGERUS RIGGI

Prof. Sac. SERGIUS CHISTÈ

**IV. - Archaeologia Christiana (Cursus I)**

Notiones - De monumentis architectonicis - De aedificiis cultus - De coemeteriis - De monumentis iconographicis - De monumentis epigraphicis.

Viginti horae, altero semestri in sede Romana; priore semestri in sectione Taurinensi.

Prof. Sac. STEPHANUS MAGGIO

**V. - Theologia dogmatica \***

i) *Fundamentalis* (Cursus I)

Christiana existentiae iustificatio christiana: De mysterii Christi et Ecclesiae historica manifestazione.

Horae sex hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

Prof. Sac. MARIUS MIDALI

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

Prof. Sac. JOHANNES CAVIGLIA

---

\* In hac disciplina, praeter adspectum doctrinalem, includuntur adspectus methodologicus et pastoralis.

2) *Specialis:*

— De Deo uno et trino ut est auctor et consummator historiae salutis.

Horae sex hebdomadariae, priore semestri in sectione Taurinensi (Cursus II); hoc anno silet in sede Romana.

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

Prof. Sac. GEORGIUS GOZZELINO

— De primordiis historiae salutis.

Horae sex hebdomadariae, altero semestri in sectione Taurinensi (Cursus II); hoc anno silet in sede Romana.

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS-REGIDOR

Prof. Sac. VICTORIUS GORLERO

— De actione salvifica Verbi incarnati deque munere eiusdem Matris in eventu centrali historiae salutis.

Horae tres hebdomadariae, altero semestri (II et III cursus in sede Romana).

Horae viginti in anno (IV cursus).

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETTO

Prof. Sac. MODESTUS BERCIANO

— De operante praesentia Christi in Ecclesia:

a) verbi Dei et sacramentorum ministerio, scil.:

— Baptismate, Confirmatione, Unctione Infirmitatum;

Horae sexdecim, altero semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

Prof. Sac. ACHILLES TRIACCA

— Eucharistia et Ordine;

Horae tres hebdomadariae, priore semestri (II et III Cursus in sede Romana).

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO

Prof. Diac. RODULFUS BLATNICKY

— Poenitentia;

Horae viginti, priore semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS-REGIDOR

— Matrimonio;

Horae sexdecim, priore semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

— Sacramentis in genere;

Horae viginti, priore semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. DEMETRIUS LICCIARDO

b) interiore hominum sanctificatione per gratiam,  
virtutes et dona Spiritus Sancti.

Horae tres hebdomadariae per annum (II et III  
Cursus in sede Romana).

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

Prof. Sac. ALOISIUS KOTHGASSER

— De consummatione historiae salutis per glorifi-  
cationem electorum mundique renovationem.

Horae duodecim, altero semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

Prof. Diac. RODULFUS BLATNICKY

## **VI. - Theologia moralis \***

A) IN I CURSU: De fine ultimo - De legibus - De conscientia et prudentia - De actibus humanis - De virtutibus theologicis - De virtutibus moralibus in genere - De peccatis.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. PETRUS BONGIOVANNI

Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

Prof. Sac. AEGIDIUS FERASIN

B) IN II ET III CURSU sedis Romanae: De justitia et jure - De injuriis et restitutione - De contractibus.

IN II CURSU sectionis Taurinensis: De virtutibus theologicis - De virtutibus cardinalibus - De virtute religionis.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. MARIUS GRUSSU

Prof. Sac. JOSEPHUS USSEGGLIO

Prof. Sac. TARCISIUS BERTONE

C) IN IV CURSU: De Baptismate - De Confirmatione - De Poenitentia - De Unctione Infirmorum - De peccatis castitati oppositis et de usu matrimonii.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. MARIUS GRUSSU

Prof. Sac. JOHANNES PIANAZZI

---

\* In hac disciplina ad adspectus methodologicum et pastoralem illustrandos datur insuper präelectio bis in mense per annum.

## **VII. - Historia ecclesiastica**

A) Historia ecclesiastica antiqua.

Horae tres hebdomadariae, priore semestri in sectione Taurinensi; hoc anno silet in sede Romana.

Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

Prof. Sac. SERGIUS CHISTÈ

Prof. Sac. RAPHAËL FARINA

B) Historia ecclesiastica mediaevalis.

Horae tres hebdomadariae, priore semestri in I et II Cursu sedis Romanae; altero semestri in II Cursu sectionis Taurinensis.

Prof. Sac. ULDERICUS PREROVSKY

Prof. Sac. SERGIUS CHISTÈ

c) Historia ecclesiastica moderna: pars prior.

Horae tres hebdomadariae, priore semestri (III Cursus).

Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

d) Historia ecclesiastica moderna: pars altera.

Horae tres hebdomadariae, priore semestri (IV Cursus).

Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

## **VIII. - Institutionis iuris canonici et iuris publici ecclesiastici**

A) IN I CURSU: Introductio in notionem scientificam iuris canonici et iuris publici ecclesiastici - Innovations inductae a Concilio Vaticano II - Praenotiones de

societate in genere et de societate religiosa in specie - De Ecclesiae iuridica perfectione - De Ecclesiae relationibus ad extra - De concordatis - Praenotiones de fontibus iuridicis - Summa historiae fontium et scientiae iuris canonici - De Codicis Iuris Canonici elaboratione et reformatione - Normae generales C.J.C. (cc. 1-86) - Canones praeliminares de personis (cc. 87-107) - Decretum *Dignitatis humanae* de libertate religiosa a Concilio Vaticano II promulgatum.

Horae tres hebdomadariae, altero semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO.

Prof. Sac. HUMBERTUS OLIVERO

b) IN II ET III CURSU sedis Romanae: Lectio canorum libri primi C.J.C. - Ex libro secundo C.J.C.: normae generales de personis in Ecclesia (cc. 87-106); de potestate ordinaria et delegata in Ecclesia secundum C.J.C. (cc. 196-210) et constitutionem *Lumen Gentium*; de clericis in genere (cc. 108-144; 211-214) et in specie (cc. 451-486); de collaboratione inter clerum dioecesanum et religiosa instituta; de diaconis permanentibus (*M.P. Sacrum Diaconatus Ordinem*); de laicis secundum C.J.C. (cc. 682-725) et Decretum *Apostolicam Actuositatem* - Ex C.J.C. libro tertio: De fratrum seiunctorum admissione ad sacramenta secundum Decr. *Unitatis Redintegratio*, Directorium *Ad Totam Ecclesiam et Note circa l'applicazione del Direttorio Ecumenico*; Constitutio Apostolica *Indulgentiarum Doctrina*; de locis sacris et de sepultura ecclesiastica notiones; Const. Apostolica *Poenitenti*; de scholis et de seminariis et respective Declaratione *Gravissimum educationis*, Decretum *Optatam To-*

*tius; de praevia censura librorum eorumque prohibitione secundum C.J.C. (cc. 1384-1405) et M.P. Integrae servandae cum recentioribus documentis; de bonis Ecclesiae temporalibus.*

IN II CURSU sectionis Taurinensis: Liber II C.J.C.

Horae tres hebdomadariae, altero semestri in sede Romana; priore semestri in sectione Taurinensi.

Prof. Sac. HUMBERTUS OLIVERO

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

Prof. Sac. PETRUS G. MARCUZZI

c) IN IV CURSU: Quaestiones speciales de iure matrimoniali - De bonis Ecclesiae temporalibus - De delictis et poenis.

Horae tres hebdomadariae, altero semestri.

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

## B) DISCIPLINAE AUXILIARES

### I. - Lingua hebraica

Conglobata in praelectionibus de Sacra Scriptura V.T.

Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

Prof. Sac. BLASIUS BELTRAMO

### II. - Lingua graeco-biblica

Conglobata in praelectionibus de Sacra Scriptura N.T.

Prof. Sac. JOSEPHUS J. GAMBA

Prof. Sac. CAROLUS KRUSE

### **III. - Lingua latina**

Conglobata in paelectionibus de Patrologia.

Prof. Sac. GUIDO BOSIO

Prof. Sac. CALOGERUS RIGGI

Prof. Sac. SERGIUS CHISTÈ

### **IV. - Reliqueae disciplinae speciales**

nam dogmaticae (Quaestiones de theologia fratrum separatorum) quam pastorales et methodologicae (Theologia Pastoralis Generalis, Theologia Ascetico-Mystica, Catechetica...) congregantur in Theologia Dogmatica.

## **C) CURSUS PECULIARES**

### **I. - Ex theologia biblica**

1. Disputationes hodiernae de Iesu Christi historicitate.

Horae quindecim, priore semestri.

Prof. Sac. ULDERICUS PREROVSKY

2. Historiae Orientis Antiqui lineamenta praecipua; influxus literarius et culturalis in Israelem.

Horae quindecim, priore semestri.

Prof. Sac. ANDREAS BARUCQ

### **II. - Ex theologia patristica**

1. Quaestiones de Exegesi Biblica saecc. VI et VII.

Horae quindecim, priore semestri.

Prof. Sac. VINCENTIUS RECCHIA

### **III. - Ex liturgia**

1. De novis precibus eucharisticis Missae Romanae.  
Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

2. De institutione liturgica clericorum.  
Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

3. De elementis formalibus liturgiae christianaee.  
Horae viginti quattuor, altero semestri.

Prof. Sac. ACHILLES TRIACCA

### **IV. - Ex theologia dogmatica**

1. De miraculo in instanti.  
Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. JOHANNES CAVIGLIA

2. De conceptione Dei in hodierna philosophia.  
Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. FRANCISCUS AMERIO

3. De conceptione naturae in mundo physico.  
Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. JOSEPHUS RUFFINO

4. De theologia « mortis Dei ».  
Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. GEORGIUS GOZZELINO

5. Mariologia Concilii Vaticani II.

Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO

6. Historia critica motus oecumenici usque ad Concilium Uppsaliense.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

## V. - Ex missiologia

1. De significatione missionis in toto Dei consilio et ad mentem Decreti *Ad Gentes Divinitus* seu de essentia ecclesiali missionis.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

2. Jus Missionum ad mentem Decreti *Ad Gentes Divinitus*.

Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. JOHANNES ZAMPETTI

## VI. - Ex theologia spirituali

1. De Directione Spirituali Quaestiones.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. PETRUS BROCARDO

2. De Spiritualitate Salesiana Quaestiones.

Horae viginti quattuor, priore semestri.

Prof. Sac. PETRUS STELLA

## **VII. - Ex theologia pastorali**

1. De censura et libertate.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. MARCUS BONGIOANNI

2. De ministeriis et charismatibus in Ecclesia -  
Pastoralis organica - Ministerium propheticum: adnota-  
tiones theoreticae et practicae.

Hora una per annum.

Prof. Sac. PETRUS BONGIOVANNI

## **VIII. - Ex sociologia christiana**

1. Doctrina socialis Ecclesiae.

Horae viginti quattuor, priore semestri (*apud Institutum Scientiarum Socialium Facultatis Philosophicae*).

Prof. Sac. JOSEPHUS GEMMELLARO

## **D) EXERCITATIONUM SEMINARIA**

### **I. - Ex theologia biblica**

1. De quibusdam vocibus religiosis (ut Fides, Spes, Salus...) apud Bibliam Hebraicam, Versionem Septuagintaviralem, Veteres Versiones Latinas et Versionem Vulgatam Hieronymianam.

Praeest Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

2. Quaestiones selectae de charitologia johannea (*pro alumnis Cursus II*).

Praeest Prof. Sac. ALOSIUS KOTHGASSER

## **II. - Ex theologia patristica**

1. *Logos endiáthetos* apud Theophilum Antiochenum.  
Praeest Prof. Sac. GUIDO BOSIO

## **III. - Ex theologia liturgica**

1. De notione Anni Liturgici.  
Praeest Prof. Sac. ARMANDUS CUVA
2. De theologia praefationum Missae Romanae.  
Praeest Prof. Sac. ARMANDUS CUVA

## **IV. - Ex theologia dogmatica**

1. Methodologia Theologica Generalis (*pro alumnis Cursus I*).  
Praeest Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE
2. Quaestiones de Christo et historia salutis apud theologos recentiores (*pro alumnis Cursus II*).  
Praeest Prof. Sac. MODESTUS BERCIANO
3. Analysis critica operum recentiorum de Christo (*pro alumnis Cursus II*).  
Praeest Prof. Sac. PETRUS STELLA

4. Quaestiones recentiores de peccato originali.  
Praeest Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS-REGIDOR.
5. Mariologiae quaestiones selectae.  
Praeest Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO.
6. « Cheirotonia ».  
Praeest Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE.

#### V. - Ex theologia morali et pastorali

1. Lex naturalis apud quaedam scripta theologica recentiora.  
Praeest Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO
2. De privilegio Fidei seu de Solutione Vinculi Conjugalis.  
Praeest Prof. Sac. JOHANNES ZAMPETTI

## II

#### PRO AUDITORIBUS V ET VI CURSUS

1. De valore salvifico Resurrectionis D.N.I.Ch.  
Horae decem, altero semestri.  
Prof. Sac. DOMINICUS BERTETO
2. De Adoptiva nostra Filiatione Divina ut est  
participatio Naturalis Filiationis Christi.  
Horae sexdecim, priore semestri.  
Prof. Sac. NAZARENUS CAMILLERI

3. De Christo Forma.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. THOMAS DEMARIA

4. Adnotationes recentiores in antiquam formulam christologicam « Assumptus homo ».

Horae decem, altero semestri.

Prof. Sac. AUGUSTINUS FAVALE

5. De conscientia psychologica Christi.

Horae decem, altero semestri.

Prof. Sac. MARIUS GRUSSU

6. Per Christum in Ecclesia.

Horae decem, altero semestri.

Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

7. Historia critica motus oecumenici usque ad Concilium Uppsaliense.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. ANTONIUS M. JAVIERRE

8. Introductio in Messianismum Veteris Testamenti.

Horae duodecim, priore semestri.

Prof. Sac. NICOLAUS LOSS

9. De praesentia Christi in Ecclesia et in mundo iuxta Concilium Vaticanum II.

Horae decem, priore semestri.

Prof. Sac. MARIUS MIDALI

10. Disputationes hodiernae de Jesu Christi historicitate.

Horae quindecim, priore semestri.

Prof. Sac. ULDERICUS PREROVSKY

11. De sacrificio Christi in Cruce et in Missa: ad-  
notationes morales.

Horae decem, altero semestri.

Prof. Sac. ERALDUS QUARELLO

12. «Theologia spei» iuxta J. Moltmann.

Horae decem, altero semestri.

Prof. Sac. JOSEPHUS RAMOS-REGIDOR

13. Quaestiones de Exegesi Biblica saec. VI et VII.

Horae quindecim, priore semestri.

Prof. Sac. VINCENTIUS RECCHIA

14. Genesis Christologiae usque ad Concilium Chal-  
cedonense.

Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. GEORGIUS SÖLL

15. Quaestiones de Theologia Morali et Pastorali  
saecc. XVII-XIX.

Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. PETRUS STELLA

16. De nomine et conceptu liturgiae.

Horae duodecim, altero semestri.

Prof. Sac. ACHILLES TRIACCA



# FACULTAS IURIS CANONICI

## C O N S I L I U M

DECANUS: Sac. GUSTAVUS LECLERC  
CONSILIARI: Sac. DARIUS COMPOSTA  
Sac. AEMILIUS FOGLIASSO  
Sac. ALFONSUS STICKLER  
Sac. JOANNES ZAMPETTI  
Sac. JOSEPHUS ZELIAUSKAS  
SECRETARIUS: Sac. JOSEPHUS ZELIAUSKAS

## COLLEGIIUM PROFESSORUM

BRUNO Sac. CAIETANUS: Professor Scholae textus atque  
Iuris civilis.  
COMPOSTA Sac. DARIUS: Professor Philosophiae Iuris.  
CUVA Sac. ARMANDUS: Professor Iuris liturgici.  
FOGLIASSO Sac. AEMILIUS: Professor Scholae textus  
atque Iuris publici ecclesiastici.  
LECLERC Sac. GUSTAVUS: Professor Scholae textus  
atque Iuris internationalis.  
MARCUZZI PETRUS GEORGIVS: Professor Scholae textus.  
STICKLER Sac. ALFONSUS: Professor Scholae textus,  
Historiae Iuris canonici atque Methodologiae iuri-  
dicae.  
ZAMPETTI Sac. JOANNES: Professor Scholae textus et  
Iuris civilis.  
ZELIAUSKAS Sac. JOSEPHUS: Professor Scholae textus  
atque Historiae Iuris canonici.

## **ORDO PRAELECTIONUM**

### **A) DISCIPLINAE PRAECIPUAE**

#### **I. - Philosophia iuris (Cursus II)**

De iuris deductione a persona deque praecipuis hominum iuribus - De iure publico et privato - De iure laboris - De iure proprietatis - De iure subiectivo seu de facultate morali - De obiectivismo iuridico - De iure sociali - Natura societatis - De origine civitatis: civitas et persona humana - De fine civitatis.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. DARIUS COMPOSTA

#### **II. - C.I.C. Liber I (Cursus II)**

Normae generales (cc. 1-86) - Liber II: De personis in genere (cc. 87-106).

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. PETRUS GEORGIUS MARCUZZI

#### **III. - C.I.C. Liber II (Cursus II)**

De religionis et de laicis (cc. 487-725) habita ratione Decretorum Concilii Oecumenici Vaticani II.

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

#### **IV. - C.I.C. Liber III (Cursus II)**

De matrimonio (cc. 1012-1143).

Horae tres hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

#### **V. - C.I.C. Liber IV (Cursus II)**

De processibus: Pars I. De iudiciis. Sectio I: De iudiciis in genere (cc. 1552-1705).

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. IOANNES ZAMPETTI

#### **VI. - Ius publicum ecclesiasticum**

Excursus historicus in originem et evolutionem scientiae quae appellata fuit Ius publicum ecclesiasticum. Differentia inter Ius publicum ecclesiasticum et Ius ecclesiasticum publicum. De obiecto formalis Iuris publici ecclesiastici. De divisione tractatus Iuris publici ecclesiastici. De scientiis auxiliaribus. - De Ecclesia altera societate perfecta in oeconomia Novi Testamenti. De Ecclesia quatenus est institutum juridicum primarium. - De Iure publico ecclesiastico interno.

Horae duae hebdomadariae per annum. - Hoc anno silet.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

## **B) DISCIPLINAE AUXILIARES**

### **I. - Ius concordatarium (Cursus II)**

De habitudine Iuris concordatarii ad Ius publicum ecclesiasticum. De principiis juridicis relationum conventionalium - De Iure concordatario vigenti deque aliis legibus civilibus in re ecclesiastica.

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

### **II. - Historia Iuris Canonici (Cursus II)**

Historia fontium - Historia scientiae.

Horae duae hebdomadariae per annum.

Prof. Sac. JOSEPHUS ZELIAUSKAS

## **C) DISCIPLINAE SPECIALES**

### **Methodologia historico-juridica**

Introductio - De formatione scientifica in genere -  
De inquisitione scientifica in specie.

Hora una hebdomadaria per annum - Hoc anno silet.

Prof. Sac. ALFONSUS STICKLER

## **D) CURSUS PECULIARES**

### **I. - Praxis administrativa**

Horae duae hebdomadariae per annum.

Apud S. Congregationem de Religiosis

### **II. - De glossatoribus**

Hora una hebdomadaria per annum.

Prof. Sac. ALFONSUS STICKLER

### **III. - De relationibus inter Theologiam moralem et Ius Canonicum**

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. AEMILIUS FOGLIASSO

### **IV. - Introductio ad ius internationale**

Horae duae hebdomadariae in priore semestri.

Prof. Sac. GUSTAVUS LECLERC

### **V. - Quaestiones de iure missionum.**

Commentarius ad decretum « Ad Gentes » Conc.  
Vat. II.

Horae duae hebdomadariae in secundo semestri.

Prof. Sac. JOANNES ZAMPETTI

## **E) EXERCITATIONES**

### **Investigationes scientifcae circa argumenta selecta**

- a)* ex materia uniuscuiusque libri C.I.C. a professore proponenda.
- b)* ex Iure publico ecclesiastico.
- c)* ex historia doctrinarum Iuris canonici.

Praesunt: Professores disciplinarum respectivarum.

# FACULTAS PHILOSOPHICA

## C O N S I L I U M

DECANUS: Sac. PROSPER STELLA

CONSILIARI: Sac. DARIUS COMPOSTA

Sac. JOSEPHUS GEVAERT

